Nota. Inca in notele la Cuventulu de inauguratiune etc. pag. 116 seqq., am facutu atenti la d o u e erorii, ce se oserbara in genealogi'a autoriului; un'a, cà in editiunile de panà acumu numele mosiu-so se scrie M a n z i l a, care nu e nume romanescu, si nu pote fi decâtu una erore a' editoriloru in locu de M a n u i l a, — alt'a in numele mane-sa, carea in acestu locu se chiama B a r b a r 'a H u s a r, er' in diplom'a dela Ferdinandu, publicata in numerulu trecutu, se numesce B a r b a r a C i a s a r, ci credemu, cà erorea e in diplom'a, unde numele C i a s a r ocurre mai de multe ori, si asia scrietoriulu liusioru se potù aluneca se scaimbe numele H u s a r in C i a s a r. De almentrea inca, famili'a H u s a r u baronita, panà astadi subsiste in Trani'a, si in suplic'a romaniloru la diet'a dein 1791 se numera intre cele de origine romanesca.

Dupa datele dein acestu capu, si dein diplom'a amentita, Engel in literatur'a la istori'a Romaniei si Moldovei, tom. I. pag. 47 seq. nr. XXXVI., construe unu arbore genealogicu, unde se amentesce si datulu mortei autoriului nostru in 14 Ian. 1568.

Dupa aceste date, tatalu lui Nicolau erá veru primariu cu regele Mathi'a Corvinu, despre care fratîa inse se pare, cà unii contempurani s'au camu indoitu, ci forà temeliu, deca vomu considera, cà pre tempurele lui Joane Corvinu tienutulu Hatiegului se tienea inca totu de tier'a romanesca, cá si Fagarasiulu si Almasiulu, precumu mai de multu se tienuse de Moldov'a nu numai Maramuresiulu, ci si chiaru Selagiulu (Sylvania); er' resiedentie-le Principiloru Romaniei erau mai aprope de Trani'a (Campu-lungu si Argisiu), de câtu mai tardîu si astadi (Tergovisti'a si Bucurescii), precumu si ale principiloru Moldovei (Putn'a si Suciav'a) erau mai aprope de Maramuresiu, decâtu Jasii.

De M i c h n e a celu reu, si mortea lui la Sabiniu in 12 mart. 1510, vedi mai pre largu la Engel in istori'a Romaniei tom. I. p. 191 seqq. Pietr'a monumentale a' lui se aflá mai in anii trecuti in baserec'a cea mare sasesca dein Sabiniu, unde si noi o amu vediutu, pre candu baserec'a se renová, dar' ore si acumu se afla acolo dupa renovare, nu scimu.

Despre provincie-le cele alalte, memorate in §. I, precumu: M o l d o v 'a, T r n i 'a, tracteza in cap. XIII—XV, despre M a r a m u r e s i u, S o m e s i a n 'a, S e l a g i u, M e s t e c a n 'a, si C r i s i a n 'a in capu XVI, er' despre T i m i s i a n 'a in capu XVII, cari le vomu dá in numerii urmatori.

---

*) Sarmatica vox est B o i a r, a B o i, quod pugnam significat, ducta, et his, cum nobilitari praerogativa, adtributa, qui se viros in bello praestiterunt: quae apud eas gentes, unica fere nobilitatis origo fuit. Not'a lui K.

Documente pentru biografi'a lui S. Klain.

(Continuare dein Nr. precedente.)

e) Alta epistola a lui Klain catrà eppulu Bobu:

Illme ac Reverendissime (etc. ut supra.)

Duo exemplaria bibliorum valachicorum acceperam a Patre Germano Typographiae Praefecto, quae Varadinum tuli, quorum unum pro Ecclesia et Capitulo Cathedrali Varadinensi Illmus D. Eppus Varadinensis accepit, et recte dum esset discessurus, jussit pretium ejus dari de pecunia Ecclesiae; quia vero Rmus D. Canonicus Josephus Silagi, in cujus manibus pecunia Ecclesiae est, paulo ante discesserat Letam, unde non nisi post quatuor dies rediturus erat pecuniam pro exemplari bibliorum habere non potui, et tamdiu expectare taedebat me, idcirco insolutum manet hucdum hoc exemplar.

Alliud exemplar D. Michael Tertina professor poeseos accepit, et Exmo Dno Eppo Munkatsiensi misit, a quo omni die expectabat ejus pretium, quod, cum ego diutius expectare non potuerim, dixi ut apud D. Cornely Directorem scholarum normalium, et Seminarii V. Praefectum deponat, qui data secura occasione utriusque exemplaris pretium mihi mittat, cum autem nunc adstringar aut pretium horum librorum solvere, aut libros restituere, humillime supplico Illustritati Vestrae, quatenus dignaretur paterne recordari triginta aureorum, qui ex contractu bibliorum restant hucdum mihi non soluti, et gratiose jubere aut pecuniam, aut libros pro hac pecunia mihi dari, maxime cum et in ipsis bibliis typo adpositum sit me optime exolutum esse,*) quod in nullo unquam libro factum adhuc vidi. Quam gratiam dum ab innata Illtis Vrae paterna bonitate mihi firmiter policeor, Paternis favoribus filiali cum devotione me comendo, pio osculo sacras venerans manus, et in profundissimo venerationis cultu emoriens Balasfalvae die 8. Novembris 1796.

Illtis Vrae humillimus servus, et capellanus

Samuel Klein m. p.

---

f) Charti'a Guberniului dela 24. Juliu 1794, pre lunga care in urm'a decretului aulicu dein 2 Juliu se strapune eppului spre censurare, istori'a baserecesca, compusa de „preutulu neunitu Samuilu Klein."

Bobu lasà lucrulu mortu doi ani sî diumetate. In fine la 28 Febr. 1797 scrise latinesce lui Klain: „Siquidem ex mole hujus operis Historiae Eccae, ipsisque thesibus ac ordine, quem praefert chronologice digestarum materiarum luculenter minus appareat utrum aliquem, ex probatis, historicum Fraternitas verterit duntaxat, vel vero certum quempiam authorem ejusque ordinem secutus sit, aut denique proprio marte ex pluribus authoribus istud opus historicum coagmentatum elucubraverit distributis materiis in eum ordinem, quem praecise propositus sibi scopus citra nexum chronologicum exigebat; Hinc ad compendisandum tempus revisioni necessarium, facilitandumque laborem et censuram dirigendam necessum esse censeo, ut Fraternitas super praespecificatis quaestionibus suam nobis det declarationem cum indigitatione authorum quibus seu in versione usa, seu authoritate ducta est.

Klain respunde in diu'a urmatoria, adeca in 1 Martiu st. n.. . . .„Historiam Eccam fusam Claudii Fleurii verti ego in valachicam linguam ad medium quartum seculum; quia vero hoc valde magum esset opus, adjeci animum, ut extractum aliquem facerem, et sic postea scripsi compendium illud, quod est apud Illtem Vram; distribui autem hoc opusculum juxta recentissimam scholasticorum praxim in periodos, quaestionum ordinem disposui ad normam L. Berti in Compendio historiae Eccae. Loca authorum, ex quibus desumsi mea lubens ad marginem ubique citassem, et citarem, nam sine his vix aliquam fidem habere opus hoc poterit, sed hoc facere prohibeor ob defectum librorum, ex quibus descripsi. Interim tamen praecipui Authores, ex quibus collectum est hoc opusculum sunt Eusebius Caesariensis, Sozomenus, Evagrius, Theodoretus, S. Niceforus, C. C. S. Theophanes, Nicephorus Calistus. Acta Conciliorum, et alii, quos adducit Cl. Fleuri in sua historia, ubi similia tractat; plurimum tamen usus sum historia Fleuriana. Chronologiam observavi, et ubique annum adnotavi. Caeterum necessarium foret, ut marginales citationes adponantur, et si Carolinae per aliquot dies essem omnino id facerem, ibi enim et Fleurium, et alios libros ex Eppali bibliotheca habere possem, quos hic habere non possum; omnia tamen Praesuleo judicio Illtis Vrae humillime substerno, meque gratiosis, atq paternis favoribus demississime comendans (etc. ut supra).

Luandu acesta scrisoria episcopulu Bobu la 20 Febr. s. v. (adeca 3 Martiu nou) scrie Capitulului seu:

Dilectus frater Samuel Klein Fundationis Regiae alumnus Ejusdem Caesarei Monasterii Religiosus, Historiam Eccam in lingva nobis vernacula publici juris facere volens proxime elapsis annis e re sua non minimum reputans si in ea publico comendanda benignitate Archi Episcopi Carlovitziensis frui, ejusdem non minus judicio non modica inniti parte posset; Idcirco congestis in ipsa praefatione copiosissimis laudum praelaudati Archi Episcopi argumentis preces addidit, quo labores suos amplissimo Archi Eppali inscribi nomini pateretur, suoque favore dignaretur, qui sive quod praememoratum fratrem in suo ovili non cerneret, peregrinasque laudes deprecaretur, seu ex aliis sibi notis rationibus oratorem ceu injurium modestiae suae ad supremas censuras relegavit. Cujus opus demum per Excelsam Cancellariam Tnico Aulicam via Excelsi r. Gubernii Tnici horsum

*) In prefatiunea Bibliei, dupa cumu s'a vendutu ea in tempii dein urma, nu stà nece una vorba de remuneratiunea lui Klain.

pro censura delatum est. Hinc praefato fratre revisionem praeattacti operis saepius adurgente Tomum 1-um ejusdem Historiae Fraternitatibus transponendum censui, ut suas in communi reflexiones quo ocyus exhiberent, num ingenio et industriae superius indigitati Authoris ornamentum, publico vero emolumentum praerecensitum opus, si in lucem ederetur, adlaturum censeant.

In 19 Juliu 1797 „humillimi servi et capellani Capitulum et Monasterium Caeo Regium Ord. S. Basilii ad Ssmam Trinitatem Balasfalvae" respundu: . . . „nulli defuimus historiae eccae Tomum 1-um congremialis nostri R. Samuelis Klain communiter revidere, quam ita comparatam comperimus, ut luce prorsus indigna sit, imo vero si publicam videret lucem, non exiguo scandalo foret docentibus nostris annotationibus ad marginem appositis, (urmeza inchiaiarea indatenata.)

Deci eppulu la 30 Nov. scrise Guberniului:

„Manuscriptum P. Samuelis Klain religiosi Monasterii Balasfalvensis non abs re et omine in textu gratiosae ordinationis regio Gubernialis de 24-a Julii an. 1794. 4864 dicti disuniti intitulatum Historia Ecca ex diversis cum catholicis tum a catholicorum sacris alienis historiographis exscriptum et in vernaculum Valachicum translatum pro censura ab Ex. R. Gubernio sub priori dato transpositum in sequelam praelaudatae ordinationis revidendum dederam gremialibus dicti Monasterii Religiosis, qui opus illud reprobarunt, ex hocce fundamento, quod in pluribus punctis religioni Dni Archi Episcopi Karlovitziensis, cujus favore idem author frui volebat, accomodatum existat, scoriamque disunionis in se contineat. Praeterea observatum est dictum opus esse imperfectum scholia duntaxat historica continens, quae ex hac quoque parte defectuosa sunt, quod cum serie et veritate rerum gestarum haud cohaereant, proindeque ad hoc ut cum fructu imprimi possit ulteriores curas exigere."

Guberniulu respunse prein scrisori'a sa dela 3 Jan. 1798 N. 140, cumu cà informatiunea data se lasa in locu.

Intru aceea „Ladislaus Nemes, Archidiaconus Szent-Margitensis et Scholarum nationalium Graeco-Catholicarum Director" sî „Elisaeus Novák, Districtus Maros Archidiaconus, et Philosophiae Professor" cu datulu 20 Decembre 1797 reporta eppului, cumu cà dinsii au cetitu Partea a II-a dein istorí'a bas. a lui Klain, care parte e cuprensa in doi tomi, sî arata, cumu cà au notatu urmatoria-le intr'ins'a: 1. la pag. 133—4 una naratiune, ce se pare fabulosa. 2. la pag. 206 asertulu, cumu cà Pap'a Adrianu a scrisu lui Carolu M., cà va dechiará pre Greci de eretici, deca nu-i voru cede anumitu teritoriu, — sî Klain nu probeza, apoi nu se pote crede, cá unu Papa cá Adrianu se dechiare de eretici chiaru pentru unu asiá lucru. — Er' intru alalta parte: 1. la pag. 13—4. Mustra pre amendoue baserecele dîcundu, cà nu au charitate nece urmeza teologia sî filosofía sanetosa; cè suntu desbinate pentru opiniuni. 2. la pag 632. Epistol'a Marelui Basiliu catrà eppulu dela Samosat'a ar' fi potutu remané, cà ea pote scandalí pre neinvetiati. 3. la pag 636. Inceputulu schismei se pune in tempurele eppiloru Antiocheni Meletiu sî Paulinu, ce nu se pare a fi adeveru. 4—6) la pag 1013—1015 unde trateza despre form'a sacramentului Eucharistiei. — Recensentii termineza cu atâtu.

---

h) Inca in a-ante de informatiunea despre istori'a baserecesca, Bobu a tramesu Guberniului cu datulu 2 Nov. 1797 aratare despre teologí'a morale:

Manuscriptum cui titulus Theologia moralis P. Klein, in duobus tomis in linguam valachicam traductum fine revisionis mediante gratiosa Gub. sub 12-a Junii A. 1794 N. 3799 exarata ordinatione comunicatum, accedente consensu dicti elucubratoris in conformitatè praeviae declarationis meae die 15. Oct. ad repetitam 19. Sept. a. 794 N. 6328 ab E. R. Gubernio informationem factae paucis immutatis revisum, quibusdam adauctum Typis hujatis Typographiae excusum ad publicam lucem pervenit.*)

Hunc suum laborem idem P. Klain antequam publica censura probaretur, consecraverat, prouti titulus indigitat, Illmo D. Ignatio Darabanth fratri Eppo M-Váradinensi in Hungaria, ejusdemque tam sibi, quam operi praesidium, judicium, testimonium et favorem impertiri supplicarat, reputans, si etiam nihil ingenium suum in hoc opere, sed solum industria in versione attulerit ornamenti, praeclaro tamen nomine laudati D. Eppi sibi laudem, honorem, operi non mediocrem comendationem accessuram.

Igitur ad hoc assequendum in forma argumentorum imitatur Ciceronem pro Marcello Julium Caesarem efferentem, verborum vero congeriem mutuavit ex Ecsiae precandi et laudes divinas decantandi formulis, quibus verborum formulis quia aures populi in sacris assuetae per hujusce modi verborum in humanis translationem et applicationem offenderentur. Tametsi censoribus, utrum supra laudatus Eppus sua auspicia indulserit, haud constaret, ipsa nihilominus dedicatio exmissa est, de qua censorum judicium in advoluto E. R. Gubernium uberius intueri dignetur.

Guberniulu totu la 3 Januariu luà spre scientia sî incuvenientià sî acesta urmare a episcopului.

---

i) Cea mai grea incurcatura avù S. Klain pentru prépusulu, cumu cà ar' fi volîtu a-si parasí relegiunea si-a se face episcopu gr. orientale in Sabiniu. Celu de antâiu actu referitoriu la acest'a este charti'a Guberniului catrù Bobu:

---

*) S'a tiparitu portandu in frunte a. 1796. Acestu opu alui lui Klein a sierbitu cá manuale de scola pentru „moralisti", dein tempulu esîrei sale sî panà sî dupa a. 1850.

3640. Rssme Dne Eppe, Nobis observande!

Innotiut Regio Gubernio, quod Basilita Balásfalvensis Samuel Klain post obitum Eppi Dis-Unitorum Gerasimi Adamovits Cibinium proficiscendo dissensionibus et factionibus nonnullorum Gracci Ritus Non Unitorum intuitu electionis Eppi in locum denati Adamovits instituendae semet immiserit, imo appromiserit in casum liberae electionis a sua Majestate Sssma per Clerum Dis-Unitum obtinendae, quod Episcopatum praevia ratione vacantem consequuturus ejurata sacra Unione ritum Dis-Unitorum profiteri et amplecti velit. Quare R. D. Vestrae intimandum esse duxit Regium Gubernium, ut praenominatum Klein circa hanc imputationem coram statuere, ac comperta expositionis hujus realitate pro demerito in eundem animadvertere, insuper autem eidem nomine Regii Gubernii serio et sub gravi Casu in contrario dictanda animadversione, omnem cum Disunitis Popis cointelligentiam interdicere velit, de comperta expositionis realitate circumstantialem praestitura Informationem. Caeterum manentes Rssmae D. Vestrae E Regio Magni Ppatus Tranniae Gubernio. Claudiopoli 30 Maji 1796.

ad officia paratissimi G. C. Bánffy.
David Székelly, cons.
Michael Orosz, secr.

Eppulu Bobu lasà lucrulu mortu unu anu sî diumetate; nece a trasu pre Klain la respundere, nece a rescrisu Guberniului panà in 29 Nov. 1797, candu a tramesu urmatori'a informatiune prea interesante.

29 9-bris 1797 (Eppus Bab Gubernio.)

Dignatum fuerat Excelsum R. Gubernium sub 30-a May a. p. 3640 Patrem Samuelem Klain sub interminatione gravioris in se provocandae animadversionis moneri, ne suspectam cum non unitis familiaritatem foveat, gratiose jubere, in cujus gratiosi jussus complementum nedum quidnam de praesenti actum subsecutumque sit, remonstrare sed a primordio rem describere necessitatus sum.

Samuel Klain oriundus ex Sede Saxonicali Cibiniensi, Locoque natali Szad in Religione ritus graeci catholica, natus et educatus Religiosum dein Ordinis Divi Basilii Magni Institutum professus ad sibi comparandam catholicorum dogmatum cognitionem ad Fundationem olim Pazmanianam Wiennensem per Antecessorem D. Eppum Athanasium Rednik promotus ibi libros graecorum erroribus infectos curiosius volvens ac studiosius lectitans quaedam eorundem errorum apophthegmata adoptans caeteroquin ingenio praeceps et voluntate in omnem partem mobilis Photianarum opinionum philtro inescatus est, quarum opinionum fomenta nonnunquam per occasionem et linguae intemperantiam redux in provinciam et Religiosis Monasterii Balasfalvensis ad Ssmam Trinitatem adnumeratus prodebat, sed quoniam cogitationis poenam in Foro nemo patitur, res in severam quaestionem haud attracta est. Porro

Adveniente Xtiana Tolerantia, cum attunc Viennae qua Ephaemerius in Collegio ad S. Barbaram foret, quidnam molitus sit, ignoratur, post descensum suum Vienna anno 783, seu quod abinde amotus sit, sive quod jam non religiosorum extra res humanas relictorum, sed publicis moribus uti vellet, disciplinae claustralis impatiens varia tentavit, et quidem

1-o In clerum Metropolitanae Dioecesis Karlovitsiensis recipi voluit, catenus Metropolitam oravit, quemadmodum testatur Illmi quondam Eppi gr. catholici Crisiensis in Croatia protunc Abbatis de Crisio, Josaphat Bastasits littera de 25 July A. 1784 huc humillime acclusa. Quumvero

2-o Abinde aut responsum nullum aut negativum retulisset, necessitatem reformandae vitae et abdicandi institutum monasticum in animum immisit, veluti suae preces Imperatoriae Matti gloriosae reminiscentiae Josepho Secundo frusta substratae mihi sub 12-a Februarii a. 1784. 10850 E. 817 communicatae perhibent. Solita

3-io Sua mobilitate ad Excelsum R. Gubernium recurrit, ut glorioso ejusdem decreto ad Parochiam Cibiniensem applicaretur, pronti supplex libellus ejus horsum sub 23-a Augusti a. 1785. 5155 directus indigitat, sub praetextu, quod, cum Sedes Cibiniensis ipsi natales dederit, nativa haec aura salubrior eidem futura sit. Hunc vero praetextum fuisse coloratum et delusorium mox ea, quae successerunt loculentum praebent documentum. nam posteaquam nuncupatissimum parochiae praefatae obtinendae desiderium frustraneum fuisset, frequentissima Cibinium jam curandae valetudinis jam invisendi necesarios suos agnatos causa itinera suscepit, ibique diutissime morabatur, quo tempore individuus non unitorum comes tam popularium, quam Archidiaconorum animos sibi devincere, Episcopi favores aucupari studebat, proinde quod a Karlovitsiensi impetrare non poterat, in Trania a Clero non unito sua adulatione, et propinquorum opera asseсuturum sibi appromittebat. neque

destitit etiam anno 1788 dum nosocomium militare propter Belli Turcici circumstantias Balasfalvam translatum fuerat, a suo proposito, siquidem ea occasione saepe dictus pater ad aedificium Monasteriale A Carolinense dispositus non Carolinae sed continuo Cibinii et in partibus non unitis diversabatur. non minus

Ubi dictum nosocomium Balasfalva reductum fuisset et religiosi ad solitum residentiae locum rediissent Hermeneuticam novi testamenti tradere jussus infirmitatem praetexans, doctionem deprecatus est, interea ultro citroque discurrebat inquietus. Postquam

4-o Eppatus non unitorum per obitum Gerasimi Adamovits vacaret, extemplo Cibinium advolavit quasi Conventum suorum consangvineorum et quorundam de Clero acturus de negotio Eppatus tecte tractare et se

insinuare visus est. Quo facto mentem suam Photianarum opinionum labe infectam cum Romano et G. Catholicorum in fide schandalo et non unitorum in sua pervicacia confirmatione amplius divulgasse merito asseri potest, is nihilominus specie Religionis tectus in gremio G. Catholicorum permanere videri vult, ita ut se qua talem ab aliis judicari non posse credat, haud absimilis illi, qui domum suam venditurus avulsum ex illa lapidem in specimen circumferri jussit, de cujus aedibus licet ex lapide e pariete avulso judicari non posset, publice tamen significatur domum venalem habere.

Hinc accepta praecitata Excelsi R. Gubernii de 30-a May a. 796. 3640 gratiosa Intimatione consensum ejusdem in hocce malum genuine detecturus conatibusque obsistere volens ipsemet Cibinii in canonica visitatione constitutus sub manu rem investigavi, sed quoniam inita consilia in Eppatus vacantis negotio ob circumstantias temporum hic nunc adhuc intempestiva ac turbida sunt, obstaretque metus, ne ea consilia in caput saepe memorati Patris Klain ruant, eadem celant, et solum specimen suae mentis circumferri observavi. Itaque

Domum rediens virum hunc dicto crimini incubantem iterato monui, sensum supra laudatae R. Gubernialis commissionis intimavi, qui ab ulterioribus miscendis similibus consiliis et ducendis conclusionibus cum dis unitis sibi temperaturum appromisit, sed principia de se divulgata hodiedum non destruxit, quin potius confirmavit; nam dum paulo post expeteret se M-Varadinum ad Exmum Dnum Fratrem Eppum Ignatium Darabanth producta etiam ejusdem littera certorum negotiorum causa dimissus in itinere Thordae substistens sacra dis unitorum adire eidem placuit, ibidemque ex rumore, quod Eppatum non unitorum quaerat, pro concione sermonem facere admissus est; quod factum eidem Varadino redeunti cum seria intimatione, ut in posterum ab omni cum non unitis communione abstineret, exprobravi. Verum in vanum tentata sunt omnia, eo enim temeritatis provectus est, ut per domesticam disciplinam a scopo avocari haud possit. Demum

5-o Praementionatus Pater animum suum temporalis lucri et promovendae studio abreptum et Photiana labe vitiatum palam prodidit, dum rudimenta quaedam Historiae Ecclesiasticae a Photiana opinione haud multum aliena amplo Archi Eppi Karlovitsensis nomini inscribere, ejusdem favores aucupari ausus est, ut hac ratione labores sui judicio et authoritate praefati Archi Eppi innixi sub ejusque nomine conspecta non unitis commendentur, author vero favore non unitorum beari valeat, G. Catholici vero de Authoris nomine, Locoque Balasfalva nihil suspicati inescarentur, publica pax et tranquillitas religionis obtutu periclitaretur.

Hinc quum haec in praemissis declarata manifesta sint, praeterea multum verear ne crebro fatus Pater Klain Eppatus apud non unitos obtinendi spe illectus et familiaritate suorum propinguorum permotus a G. Catholicis Sacris palam deficiat, magnamque in populo pariat perturbationem, necessitatus sum praevie isthaec Excelso R. Gubernio humillime detegere, unaque orare quo dignetur ad removendum schandalum et spirituale emolumentum in tuto collocandum a Sua Matte Ssma exoperari, quatenus hunc Patrem a consortio non unitorum segregari et Munkatsinum ad agendam poenitentiam et in fide considerationem in silentio transponi, et ibidem ad expensas Monasterii Balasfalvensis relinqui clementer jubere.

S'a copiatu de pre conceptulu scrisu de mân'a episcopului Bobu. a. c. Aclusulu, ce se amentesce, se afla intre acte inse numai in copia: cà episcopulu se vede a fi tramesu la Gub. chiaru originariulu. Datulu este: Schid 25. Julij 1784, suscrierea: Josaphat Bastassich m. p. Abbas et Vicarius gen. Prein acesta epistola Bastassich descopere lui Bobu intentiunea lui Klain de a trece la neunire dîcundu: „maximo dolore perculsus sum, dum non pridem audivissem fide digne Samuelem Klein hujati non unitorum Metropolitae scripsisse litteras, in quibus se eidem commendat, et rogat, quatenus illum intra suum clerum recipere velit, et quod unioni valedicere intendat.“

La acesta scrisoria a episcopului Bobu Guberniulu respunse:

748 E 9. 1798. Rssme Dne Eppe, nobis observande!

Etsi Repraesentatione Rssmae D Vestrae ddto 29-na 9-bris a. p. Hieromonachus Balasfalvensis Samuel Klein in suspicionem nutantis in religione animi vocetur, haecque suspicio haud vanis argumentis fulciatur, ne tamen idem gravius in se aliquod commissum esse titulo Religionis conqueri possit, quam Christiana mansuetudo sineret ex parte autem publice Administrationis praecaveatur, ne forte Religiosi hujus dictis, factisve rude vulgus in inconditos reique publicae noxios motus concitetur; statuendum esse consuit R. hocce Gubernium ut Rsma D Vestra tam Regii Gubernii nomine quam sua authoritate Eppali praedicto Samueli Klein districte interdicat, ne is deinceps Balásfalva discedere ausit, sed salubri illo alioquin coelo, amoenaq peripheria ad curam valetudinis suae fruatur, ac in monasterio inter religiosas literariasque occupationes vitam tranquillam agat. Isthic enim nec periculosam cum Scismaticis conversationem fovere, nec Plebem sub superiorum suorum vigilantia constitutus seducere poterit: et si palam contra hanc prohibitionem abitum moliretur, aut clam elaberetur, ultro ipse se reum, gravioreque animadversione dignum praestaret, cum tantillo locorum et temporum intervallo haud evasurus; interea tamen, ut spes est, benigna et si necesse fuerit etiam severiore attentione Rsmae D Vestrae a vagis fluctuantis animi propositis ad quietem

cogitandiq. ac agendi sobrietatem revocandus. Caeterum manentes.

Rssmae D. Vestrae E. Regio, M. Pptus Tranniae Gubernio Claudiopoli die 27-a Januarii 1798.

ad officia paratissimi

G. C. Bánffy. David Székelly, cons.
Stephanus de Hannenheim, secr.

In urm'a acestoru S. Klain fù trasu la respundere in a-antea Capitulului (ce pre atunci custá dein monachi basiliti dela munastirea S. Treimi dein Blasiu,) carui S. Klain dede urmatori'a apologia:

Venerabile Capitulum
Domini ac Patres in Xto colendissimi!

Ad Excelsi R. Gubernii de 30-ma Maj anni 1796 ad Illmum D. Praesulem Ordinarium nostrum emanatam commissionem, et Venerabili Capitulo sub 30-ma Aprilis a. 1798 ab Eodem Illmo D. Praesule transpositam, dein per Ven. Capitulum gravi cum exprobratione, et in me futura animadversione mihi erga restitutionem transpositam fine respondendi *cur post mortem Eppi disunitorum Gerasimi Adamovits Cibinium proficiscendo dissensionibus et factionibus nonnullorum Graeci Ritus nonunitorum intuitu electionis Eppi in locum denati Adamovits instituendae me immiserim, imo adpromiserim in casum liberae electionis a sua Majestate Ssma per Clerum disunitum obstinendae, quod episcopatum praevia ratione vacantem consecuturus ejuratâ sacrâ unione ritum disunitorum profiteri, et amplecti velim:* cum omni humilitate, ac debita veneratione respondere sustineo.

Anno 1796 curandae valetudinis causa, quin scirem Eppum Adamovits vitâ functum (una enim solum septimana prius obierat) Cibinium profectus sum, quo tempore ibidem occasione generalium nundinarum plures de Clero disunitorum congregatos de non habendo amplius Eppo rasciano ipsos tractare audivi; verum me eorum congressibus aut consiliis sive communibus, seu privatis non interfuisse, nec immisisse, multo minus eosdem solicitasse, ut me in suum eligant Eppum, aut factionem dissensionemve aliquam fecisse, acclusum hic Consistorii cleri disunitorum attestatum satis clare evincit.

Quamvis si etiam suasissem eis, ne rascianum sibi eligant Eppum, non possem argui male fecisse, optime enim novi rascianorum a religione Catholica summe alienum animum, et idcirco valachicum populum sub spirituali religione rascianorum Epporum nunquam communionem Ecclesiae Catholicae amplexurum; sub Eppo vero nationis suae facilius et citius, ut exempla docent se adjungendum Catholicae Ecclesiae. Quis animo Catholicus, qui salutem animarum zelat, me ideo ut factiosum, aut dissensionibus immixtum audebit judicare?

Verum non nego, me quandocunque occasionem habui conveniendi cum disunitis, et comodum loquendi de religione, suasisse, ut relictis rascianicis Eppis sese Valachico ejusdem ritus Catholico Eppo adjungere velint.

Quia vero illorum animi (ut ex accluso attestato claret) jam antea abalienati sunt a rascianico genere, motu proprio, ut audire mihi contigit, Altissimo Trono preces suas substraverunt pro impetranda facultate Eppum de natione sua eligendi, et ne amplius sibi rascianus detur Eppus. Imo ita animo paratos esse, ut cum de suo gremio non haberent subjectum huic muneri aptum, malint potius de Clero unito habere Eppum, quam rascianum. Hoc animo iniquo observantes gente rasciani nempe recenter de Sclavonia adductus Eppi Adamovits Secretarius, et Praefectus Curiae ejusdem Eppi, atq. Demetrius Serkovits, qui Episcopatum disunitorum ambiebat, omnem lapidem movebant, quo Clerum ab hoc suo proposito amoverent, dicebant enim, quod si Eppum habuerint Valachum, omnes fient uniti, quod probare non est operosum, siquidem Serkovits curavit scribi Archidiacono disunito Corbensi, ne Eppum Valachum eligant sibi, quia hoc ipso fient uniti, et Vicariam nonunitorum reprehendit, cur Aaronem Buday virum Catholicum servent Secretarium. Sic inimicus iste religionis Catholicae omnes vires perversitatis suae exerebat ut Clerum disunitum ab unione abalienaret, et hoc modo se comendet eligendum Eppum. Ipsum quoq. disunitorum Vicarium ejus esse sensus, quod si disuniti habuerint Eppum Valachum, Sacram unionem amplectentur, ex ejusdem verbis quae coram Rmo Dno Praeposito nostro hic loci protulit, patet: *Si nos, inquiebat ille, habuerimus Eppum Valachum, si non citius, profecto post mortem Illmi moderni Eppi Joannis Babb, quem propterea Deus diu conservet, omnes amplectemur unionem.*

Quia autem religionis Catholicae inimici observarunt, quod populus propter opera mea, et doctrinam, atque conciones, quas a me saepius audivit, libenter me habeat, cogitaverunt, quomodo in posterum mihi omnem occasionem adimant, ne cum Clero et populo disunito conveniam, et animis eorum salutaria instillem, detulerunt me causam esse dissensionum et factionum, quae nusquam erant. Agebat nempe Demetrius Serkovits sicut Demetrius ille actorum 19 contra Paulum Ephesi praedicantem.

Quod autem ego zelans semper fuerim pro religione et fide catholica, sepositis hic nunc meis operibus, si opus fuerit, plura testimonia adferre possum virorum fide dignorum. Fateatur Buday Cleri disuniti Secretarius, an non saepius rogaverim eum, ut omnem conatum adhibeat nonuniti cleri animos ita disponere, quatenus ad amplectendam S. unionem parati sint. Dicat Nobili Administrator Parochiae, et Archi-Diaconatus Cibiniensis, quantum ego elapso autumno in Pago Gura riului conatus sim disponere populum ad amplectendam unionem, prout et plurimum dispositi sunt, siquidem se insinuaverunt *velle amplecti unionem, tantum modo adsisteremus*

eis in causa ratione territorii, quam habent cum Christianis, seu Grossauensibus. Fateantur Comitatus Szolnok mediocris et Krasna ubi occasione visitationis canonicae dum sua Excellentia Eppus pie defunctus Major haec loca visitaret in omni pago concionatus sum, et docui fidem catholicam, quam illi tunc rejecto schismate amplexi sunt. Fateantur plurimi alii, quid ego eos docuerim. Interrogentur Ipsi disuniti, quibuscum sermonem habui, et praesertim primarii de Clero disunito, an non semper detestatus sim eorum scissionem, et adhortatus fuerim eos ad amplectendam unionem, uti acclusum eorum hic attestatum docet. Imo auderem dicere, quod mea, ut plurimum opera, ita cicurati sint disuniti, ut unitos jam non prosequantur capitali, ut antea, odio, sed ad instar fratrum vivant, et unitos inter, ac disunitos exigua sit diferentia, siquidem primarii disunitorum processionem Spiritus Sancti a Filio, non inficientur, propter quam Graeci a comunione Ecclesiae Romanae se avulserunt.

Bene memini me retulisse Illmo Dno Praesuli Ordinario nostro, *quod sacerdotes disuniti Vallis Kalbensis dixerint mihi se velle unionem amplecti, tantum populum quoque ad hoc inducere possent:* Dixi ego Praesuli, *me ejus esse opinionis, ut quidam nostrum per transenam adeant pagos istos et homines disponant, etenim sacerdotes, cum ultronee velint uniri, ipsi quoque populum ad hoc adducere conabuntur, ut nobis credant, et doctrinam nostram amplectantur,* hanc meam opinionem Praesul suis ad me verbis probavit.

Recordor me retulisse Rmis Dnationibus Vestris, quod Sacerdotes Comitatus Kolos deliberaverint amplecti unionem potius quam Sydoxiam disunito Eppo solvere, et disunitus partium illarum Archidiaconus hoc ipsum scripserit Consistorio disunito quaerendo ex eo, *quid ille faciet, si ad illas partes iverit Eppus Balasfalvensis, amplectetur etiam ille cum reliquis unionem.* Retuli, quod Vicarius disunitorum dixerit, quod, *si sua Illustritas Eppalis eo iverit et bona modalitate cum eis egerit, omnes partes illae convertentur ad unionem.*

Quoties ego clamavi (quemadmodum RmaeDVae testari possunt,) *Cur omnes domi maneamus, Cur subinde saltem non excurramus praedicatum? cum modo sit tempus; nam a memoria hominum populus iste tam pronus ad amplectendam unionem non fuit, ut modo est.* Memini me Rmis DVestris dixisse *a Rasinariensibus et Salistensibus, qui olim nostros nequidem pede territoria sua adtingere patiebantur, me modo vocatum, ut eis concioner,* ad quos ego cum aliquo de nostro gremio lubens ivissem, ut una laboremus in lucrandis Xto animabus, maxime cum propter patriotismum homines harum partium libenter me habeant; ast modo excutio pedes meos, et lavo manus etenim deinceps, si Illmo Dno Praesuli Ordinario nostro, et Rmis DVestris placet, liberum me agnosco ab obligatione praedicandi, ne volentibus, occasionem praebeam de me suspicandi quasi haeresim, aut aliud simile praedicem.

Recordari possunt Rmae DVae me in Consistorio saepius dixisse non esse cedendum disunitis prosequendos esse siquid contra unitos moliri deprehendantur. Omnia ista et multa alia similia, quae hic loci recensere longum foret, non sunt signa me velle transire ad disunionem, ad quam, si vellem, viâ sexhebdomadalis instructionis secundum regias ordinationes transire possum. Quod vero cum disunitis subinde convenerim, et loquutus fuerim, causa fuit humanitas et praeceptum Salvatoris nostri mittentis suos Discipulos praedicare, et etiam exemplum multorum Sanctorum, sed vel maxime S. Pauli, qui tanquam prudens venator varias occasiones quaesivit cum infidelibus loquendi; sed et mentem Piissimorum Augustissimorum Fundatorum nostrorum hanc fuisse mihi persuadeo, ut disunitos ad unionem reducamus, quomodo autem reducemus, si cum eis non conveniamus, et eis non loquamur, juxta illud Pauli ad Rom. 10. *„quomodo credent ei, quem non audiverunt? quomodo autem audient sine praedicante? quomodo vero praedicabunt, si non mittantur?“*

(Va urmà.)

NOTITIE DIVERSE.

— Rm. Dn. Protopopu J. Janza dein Ulpi'a Traiana avù bunetate a ne impartasî urmatori'a inscriptiune romana de pre lespedea unui sarcofagu aflata in tienutulu acelei cetati:

D. M.
Q. AVRELIO Q. F.
PAP. TERTIO
DEC. ET FLAM | IN
COL. SARM.
Q. AVRELIUS
SATVRNIN | VS
AVG. COL.
ET PROSHOD | VS
ET LOGISM | US
LIB. ET H | ERED.
F. E.

Liniele perpediculari insemneza, cà literele dupà ele nu se afla pre laturea aceleiasi pietre. Pietr'a are noue palme in lungime, si patru in grosime.

— Gramatec'a nostra se afla in Bucuresci de vendiare la Societatea academica romana, si in tote librarie-le cu câte 5 lei noi, pre velina cu 6 lei n. Er' in Blasiu la Dn. Prof. J. Moldovanu cu câte 1 fl. 50. c. val. austr.

Nr. XXXVII. va aparé in 10. Aug. vechia a. c. 1870.

Editoriu: T. CIPARIU. Imprimeri'a SAM. FILTSCH (*W. Krafft*) in Sabiniu.